

# SCRIPTA

**Numéro Scripta :** 735

**Auteur(s) :** Gautier le Sauvage, de Mesnil-Sterlin [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Jean Sevout [particulier]

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1247, février

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Vente par Gautier, dit le Sauvage, à son oncle, Jean, dit Sevout, de trois journaux de terre dans le champ du Grand-Bois

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

- a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° CLXXVIII, p. 197-198.

Texte établi d'après a

Audiatur coram omnibus, tam futuris quam presentibus, hujus carte sentencia quod ego Walterus, dictus le Sauvage, filius quandam Jacobi le Sauvage de Mesneio Estellant, vendidi, et hac presenti carta confirmavi, Johanni dicto Sevout, meo avunculo, pro [.....]em libris turonensium, quas ab eodem Johanne pre manibus de sua propria sorte recepi et habui, tria jornalia terre sita in campo meo, qui vocatur campus de [Grandi] Bosco, ex illa parte que est versus Augum, juxta campum Andree dicti [prepo]siti, [tenend]a d[icta] tria jornalia terre dicto Johanni et heredibus suis libere, quiete et abso[lute] et jure hereditario in perpetuum possidenda, absque aliqua de cetero reclamatione mei vel heredum meorum, reddendo inde annuatim abbati et conventui de Ultriporto garbam de fructibus crescentibus in dicta terra, et reddendo inde michi et heredibus meis de ipso Johanne [et d]e suis heredibus censualiter, in domo dicti Johannis vel sui heredis, singulis annis, die Penthecostes, unam pariam cerotecharum de valore trium denariorum, vel tres denarios et sine emenda. Et sciendum est quod ego Walterus le Sauvage et heredes mei dicto Johanni et suis heredibus dicta tria jornalia terre per garbam supradictam et per censem prenominatum contra omnes, salvo jure dominico, tenemur in perpetuum garantizare. De hac autem venditione legitime tenenda, sicut superius est expressum, ego Walterus le Sauvage omnia mobilia mea et immobilia in manu dicti Johannis obligavi, et ut istud firmum et stabile permaneat in futurum, ego Walterus le Sauvage presentem cartam sigillo meo confirmavi. Actum anno gracie M<sup>o</sup>. CC<sup>o</sup>. XL<sup>o</sup>. sexto, mense februario. Testibus hiis : Gilleberto Kain, Florencio de Gillemururia, Hugone Girardi, Waltero Breetel, Thoma Billette, Henrico le Talleur et pluribus aliis.